



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118863**

§. 38. Decreta sacrarum Congregationum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII. scopo cum falsis dimissoriis promotus  
A. C. 1624. fori privilegio privatos declaravit.

## §. XXXVIII.

*Decreta Sacrarum Congregationum.*

*Decis. S.  
Congr. rit.  
& Episc.*

Ejusdem summi Pontificis auctoritate Patres Sacrarum Congregationum plures ediderunt Decisiones, quas inter sacra Rituum Congregatio die vigesima quinta Maij decidit, quod ille, qui habet usum insignium Pontificalium, populo tamen extra actum celebrationis benedicere haud valet: trigesima vero hujus Mensis die sacra Congregatio Inquisitionis concessit Coloniensi Nuntio Apostolico facultatem absolvendi ab hæresi in utroque foro, denuo autem sacra Concilii Congregatio die vigesima secunda Junii declaravit, quod Canonici, quibus non incumbit onus excipiendi confessiones, si pro his absint a choro, non lucrentur distributiones. Insuper die nona Augusti Fratibus Discalceatis Ordinis SS. Trinitatis, & postea die vigesima prima Septembris sacra Concilii Congregatio omnibus Regularium Superioribus inhibuit, ne suos subditos ad austeriorem Ordinem transire permittant, nisi saltem certi sint, hos recta illuc transi-



transituros, & ab illius Superioribus Sæc. XVII.  
 mox esse recipiendos; non raro enim A. C. 1624.  
 contigit, quod nonnulli sub hoc ob-  
 tentu aliquamdiu per Orbem vagati  
 tandem omnino a vera fide defecerint.

## §. XXXIX.

*Neapolii Comitoli Episcopi, Hiero-  
 nymi de Saona, & Dionysii  
 Mutsaerts obitus.*

Plures, qui Ecclesiam suis scriptis il- Andre. Hist.  
 lustrarunt, hoc anno calamum cum Belg.  
 vita posuere; hos inter primus occur-  
 rit Neapolius Comitulus, qui a Sixto V.  
 Abbas, & Perusinus Episcopus renun-  
 tiatus, decisiones Rotæ Romanæ &  
 officia SS. Patronorum Ecclesiæ Peru-  
 sinæ scripserat. Alter erat Hieronymus  
 de Saona ex Ordine FF. Eremitarum  
 sancti Augustini Barcinonæ Professor,  
 insignisque Theologus, qui *Hierarchiam*  
*caelestem & terrenam*, necnon sermones  
 in SS. Joannem & Petrum posteris re-  
 liquit. Non minus celebrem se reddi-  
 dit Dionysius Mutsaerts Canonicus Re-  
 gularis candidi Ordinis Præmonstra-  
 tentium, qui Historiam Ecclesiasticam  
 ab Orbe condito usque ad annum Christi  
 millesimum sexcentimum vigesimum  
 quartam, necnon Historiam Ecclesiæ  
 Belgicæ &c. edidit.

*Hist. Eccles. Tom. LVIII.* H §. XL.